



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1558. usque ad annum 1560

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1771**

**VD18 90118588**

§. 119. Pontificis anxietas circa diffucultates a Cæsare propositas.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66800](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66800)

„binum, vulgo Colmar, Urbs libera in Sæcul. XVI.  
 „Alfatia, a Belgio, Burgundia supe- A.C. 1560.  
 „riori, & Lotharingia haud longe di-  
 „stans, quæ etiam Tridento duplo am-  
 „plior, atque regionibus Catholicis, &  
 „pene cunctis Austriacis undique cir-  
 „cumsepta est, & ob Rheni propinqui-  
 „tatem, fertiliumque Provinciarum,  
 „commeatu & omni re abundat.”

§. CXIX.

*Pontificis anxietas circa difficultates a  
 Cæsare propositas.*

Porro ex hisce scriptis haud obscure  
 animadvertabat Pontifex, quod sibi  
 proponerentur ejusmodi conditiones,  
 quæ ad alliciendos hæreticos speciete-  
 nus peropportunæ viderentur, Catholi-  
 cis vero oppido periculosæ forent, cum  
 decreta a Concilio jamjam definita novo  
 examini subjici postularetur, ac proin-  
 etiam deinceps condendæ sanctiones  
 pari fato exponerentur: quapropter cum  
 Antonio Amulio Reipublicæ Venetæ  
 Legato, in cujus opera plurimum fi-  
 debat, hac de re conferens sæpius tam  
 publice, quam privatim cum eo agebat,  
 eidem exponens: „Videtur, quod Prin-  
 „cipes velint, & nolint celebrari Con-  
 „cilium: expetuntur enim a Gallis con-  
 „ditiones, quæ plane videntur a Prote-  
 „stantibus dictatæ, atque Hispaniæ Rex

Sæc. XVI.  
A.C. 1560.

„sic illud amplectitur, ut simul Cæsa-  
ris consensum exposcat: ipse autem  
„Cæsar timore concutitur, nam expetit  
„quidem Concilium, sed Lutheranorum  
„offensionem reformidat, quam in rem  
„responsa nimis ambigua reddit. His  
„dictis Ferdinandi libellum Pontifex  
„Amulio communicabat, petebatque  
tum ipsius, tum Reipublicæ sententiam,  
injuncta tamen summæ taciturnitatis  
Religione. Denique subjunxit Pontifex,  
exopto sincere, Concilium celebrari,  
„gratumque mihi foret, si Tridenti, ubi  
„secunda jam vice fuit congregatum,  
„continuaretur, præcipue cum timeam,  
„ne multum temporis, donec tandem  
„circa alterius urbis electionem omnes  
„Principes convenirent, efflueret: de  
„cetero non magis Tridentinam Sedem  
„quam aliam appeto, dummodo sit tu-  
„ta, quamvis tales non sint Germanicæ  
„Urbes: quapropter in illis plena  
„securitas haud sperari potest.”

His etiam addidit Pontifex: „præ-  
„ter Lutheranos in Germania  
„Maximilianus Bohemiæ Rex Patre  
„suo Ferdinando potentior est: aut in  
„Maximiliano sinceritas fidei suspecta  
„habetur. Postea de Concilii loco Pon-  
„tifex Amulium interrogavit, an Res-  
„publica, si Tridentum repudiaretur,  
„esset concessura aliquam e suis Urbibus,  
quem-

quemadmodum alias consenserat de Vi- Sæcul. XVI.  
centia: insuper Pontifex difficultatem A. C. 1560.  
tetigit objectam continuationi Concilii,  
in quo nimirum articuli jam decisi novo  
examine subijci petebantur: ad hoc  
vero dubium Pontifex affirmabat, quod,  
etiamsi vitæ periculum incurreret, nun-  
quam tamen concessurus foret, ut in  
iis, quæ ad fidem spectant, ac Tridenti  
definita fuerunt, vel ullus apex immu-  
taretur. His dictis ita prosequabatur  
summus Pontifex. „Equidem omnino  
„peto, ut omni, ac plena libertate Sy-  
„nodus fruatur, salva tamen Sedis Apo-  
„stolicæ dignitate, ac decretorum pri-  
„morum integritate: porro sumptio Eu-  
„charistiæ sub utraque specie Laicis, &  
„conjuges Sacerdotibus concedi qui-  
„dem possunt, cum hæ tantum forent rela-  
„xationes legum duntaxat Ecclesiasti-  
„carum; sed videtur, mihi haud par  
„esse, quod hujusmodi sanctiones, in  
„aliis Conciliis firmatæ, absque novo  
„Concilio aboleantur: proin hoc nego-  
„tium potius ad proximam Synodum  
„remittendum puto: de cetero quoad  
hoc quoque punctum ab Amulio petiit,  
quid ipse sentiret.

§. CXX.

*Veneti Legati sententia a Pontifice  
rogata.*

G g 5

Ad